



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Lvdovici Carrionis Antiqvarvm Lectionvm Commentarii III**

**Carrion, Louis**

**Antverpiæ, M D LXXVI**

Vacuefacio. vicuefacta. Cicero, Lucilius, & Codex Iustinianus emendati.  
Cap. XVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70907)

*Vacuefacio. vacuefacta Cicero, Lucilius,  
& Codex Iustinianeus,  
emendati.*

## CAPVT XVIII.

**V**OLO nunc, superioris capitis occasione;  
verbum antiquum sepultum excitare, & in  
eum, vnde deiectum est, locum, eodē Inuectiua-  
rum libro, reponere: aliasque voces, quae in illius  
possessionem, veluti vacuum & caducam, inuafe-  
runt, inde deicere. Quod itaque scribitur: *Quid*  
*vero nuper, cum morte superioris uxoris novis nuptijs*  
*domum vacuum fecisses, nonne quia alio incredibili*  
*scelere hoc scelus cumulaſti?* à sententia rectum est,  
à verbis nō item. qui vero hāc scribēdi rationem,  
ex professo, in Ciceroe sunt secuti; mutarunt  
quidem illi, non sustulerunt vitium, cum *vacuefa-*  
*cisses*, de vetustiorum omnium, qui sunt, librorū  
consensū, quod olim etiam publicatum fuit, po-  
tiusquam *vacuefecisses*, iisdem inuitis, scribere de-  
berent. quid? quod etiam infra; *aduentu tuo ista*  
*subsellia vacuefacta sunt*, scribemus, si Lambigian-  
os omnes, meosque, quos iam ante laudavi, &  
typis vulgatos, & manuscriptos libros, è quibus  
orationēs istas emendatas habemus, audiēdos exi-  
stimabimus? sic Macrobius, non indiligens anti-  
quitatis imitator, *Permagna*, inquit, *abs te Postu-*  
*miane, cum ex alijs, tum hoc maxime gratia fateor*  
*obstrictum, quod a Praetextato veniam postulando,*  
*mibi in cena vacuefecisti locum.* sic Varro, *excande-*  
*facere*, Plautus, *expauefacere*; Ennius, alijque vete-  
res, *patefacere*, dixerunt. Sed cum haec vox fundi  
Cice-

*Cicero Ora.*  
*1. in Cail.*

*Ibidē infra.*

*Macrobi. 1.*  
*Saturn.*



Ciceroniani possessorem recuperavit; Lucretiani quoque, nobis vindictas agentibus, recuperat apud illum itaque quod libro v. i. legitur:

Lucr. v.

*Hoc ubi inaniur spacium, multusque vacesit  
In medio locus:*

hoc alij verisimiliter, quis negat? veruntamen falso, ita scribendum iudicantur:

*—multusque vacesit*

*In medio locus:*

vocem videlicet Latinam ignorantes, & barbaram, nullique precij ei substituentes, Lucretium suis verbis priuarunt, & alienis, pessimo, per Deum, exemplo, insipientes Latinarum vocum adulteri, contaminaverunt. quod ibi etiam firmi memini:

ibidē infra.

*Hoc sit item cunctas in partes unde vacesit  
Cunctusque locus.*

quibus maioris Lucretium purgauerimus, si vacesit, utrobique, uti res monet, scripserimus, quod in rescripto etiam Maximiani & Diocletiani Imperatorum, quod in Codice Iustiniano lib. i. tit. xxix. cap. v. a compilatoribus ponitur;

Codex Iustini-  
niani emen-  
datus.

*Si totas facultates tuas per donationes vacesisti,*

faciendum esse; ex duobus membranaceis libri illius exemplaribus, omnium, cum Codice Iustiniano cum veteribus libris integrum comparabam & ad eam notas perpetuas scribebam, didici.

Chilensis

Ant. Mureti  
Varia Lectione  
LIII  
28